

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honor n
cum fonte primo

Episcopus, si debitum honoris non
acceperit a presbytero, aut presbyter, si
non acceperit a dyacono, aut dyaconus a
lectore, irascitur et turbatur; si autem
uiderit aut episcopus presbyterum,
aut presbyter dyaconum
circa obsequium ecclesie non
permanentem, aut alias peccantem in
Deum, neque irascitur ei, neque curat
quia omnes quidem de suo honore
solliciti sunt, de honore autem Dei
nullus.

Crisostomus super Mattheum.

Ecce enim
episcopus, si debitum honoris non
acceperit a presbytero, aut presbyter si
non acceperit a diacono, aut diaconus a
lectore, irascitur et turbatur: si autem
uiderit aut episcopus presbyterum,
aut presbyter diaconum,
circa Ecclesiae obsequium non
permanentem, aut alias peccantem in
Deum, neque irascitur ei, neque curat:
quia omnes quidem de suo honore
solliciti sunt, de honore autem Dei
nullus.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus
imperfectum in Matthaem*, 44 (PG 56,
col.884).